

Band V., Nr. 1451, Seite 217

Abt Burkhard von Reichenau überlässt der Äbtissin und dem Konvent von Heiligkreuztal die von letzteren dem Ritter S. genannt Sattel abgekaufte Mühle in Altheim gegen einen jährlichen Wachszins.

Unlingen, 1257. August.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis B. dei gratia abbas monasterii Augie maioris ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis salutem et notitiam subscriptorum. Quoniam ea, que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, litterarum testimonio solent hominum memorie commendari. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod nos venerabilibus in Christo abbatisse et conventui in Valle Sancte Crucis molendinum situm in villa Alheim, quod ab S. milite dicto Sattel pro sex marcis argenti emerunt, contulimus et assignavimus libere et pacifice cum omni iure perpetuo possidendum, ita quod prefate abbatissa et conventus de eodem molendino ad cameram nostram libram cere in festo sancti Martini annuatim offerre teneantur pro annua pensione. In huius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem cedulam eis dedimus tam nostri quam capituli nostri sigillorum munimine roboratam. Testes autem huius facti sunt: F. prepositus, B. custos, C. de Gvndelvingin, ecclesie nostre confratres, comes Wolvradus et filius suus, H. nobilis de Gvndelvingin et filius suus, S. miles dictus Sathel, C. de Badewege¹, H. dictus Bvzelærius, milites, et alii quam plures.

Acta sunt hec in curia Vnlængin, anno domini M^o. CC^o. LVII^o., mense Augusto, indictione XV^a.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An der Urkunde zwei Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Abts Burkhard von Reichenau, 63,42 mm: Der Abt im Amtsschmuck auf einem mit Hundsköpfen und Tatzen verzierten Stuhl sitzend, den Krummstab in der Rechten, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: [+] *Sigillum* . BVRCARDI . DeI . GRAtia . [A]BBATIS . AVGENSIS. 2) Das runde Siegel des Kapitels von Reichenau, 64 mm: Die Jungfrau Maria auf einem Stuhl sitzend, in der Rechten den Lilienstengel, auf dem linken Arm das Christuskind, von der Umschrift erhalten: + *Sigillum* . CONV ONASTERII . AVGIE . MAIORIS *

¹Badewegen, vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 7, S. 825.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 177

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd. 1, S. 9, Nr. 34.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Unlingen

Aussteller:

Burkhard; Abt von Reichenau

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Badewegen Wüstung (24226)
 Badewegen, Sauldorf, SIG, W
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Unlingen Wohnplatz (17712)
 Unlingen, BC